

LIBER PRIMVS

nec omniquaq; naturalia dici possint: nō ab re a puris naturalibus Aristoteles saltū quasi faciens: post mortē & uitam i cōtermino phisici ac medici medio: de langore ac sanitate quoad phisici interest accommodate diseruit. Hac de causa in fine de morte & uita si ibidem est illius libri finis: uel in principio de langore & sanitate. si ibidem liber de sanitate & morbo initiū suū habet recte sic scribit (De uita qdem igitur & morte & de cognatis huius speculatiōis fere dictum est de oibus) dixit autē (fere) quoniā si cognata uitæ & mortis ea sola sumantur q̄ a natura sola prodeunt: certe quæcūq; huic speculatiōi attinēt iam expedita sunt. Si uero cognata uitæ ac mortis ea etiā telligant q̄ nō a sola natura p̄deunt sed arte etiam produci possunt: nō de oibus huic speculatiōi cognatis complete disputatū est. sed p̄ter dicta lāgor ipse & sanitas tractanda sunt. q̄bus expeditis iam medicus ipse suasumat uires. Huic libro respōdent de historiis ea q̄ in octauo post reuiuenscentiā de lāgoribus aīalium satis diffuse tradita sunt. cū scribitur (Fiunt autē aīalia prospere & nō in eisdem temporibus nec i oibus equæ exuperantiis. Valitudines enim & morbi p̄ tpa pro generū diuersitate uarie accidūt &c.) De quo langore & sanitate ipse Theophrastus in historiis plantarū. post iuuentutē & senectutē nō post mortem & uitam: ex causa superius dicta: merito egit. Et hæc satis sint de ordine eius q̄ de lāgore ac sanitate dicit. nunc autem sub breui quodam epilogo quæcūq; singularim tractata sunt. hic paucis colligam.

Cōpendiosa recapitulatio numeri & ordinis partiū ac particularū totius phisicæ doctrinæ Ari. Cap. XVIII. Incimus igitur q̄ doctrina phisica quinque partes habet. prima ē de naturæ principiis primis: & iis quæ naturalia fere oīa cōmuniter cōsequunt. & hæc primo tradita est in libro de phisico auditu. Alia pars ē de simplicibus motu locali motis. s. cœlo & elemētis quatuor: cū uia qua fit transitus ad Caduca in quantum talia. de primis agitur in libro de cœlo & mundo. de secundo in libro de generatione & corruptiōe. cuius partis ordo traditus est in principio tertii libri de cœlo & mundo. Tertia pars est demixtis inanimatis. de quibus agitur in libris metheorologicorum. per metheorologica cōphendendo ea ēt quæ lapides & metalla speciali doctrina a quibusdam tradita sunt. Quarta est methodus de aīalibus de qua in quatuordecim agitur libris. In uno de illis. q̄a sunt. s. in libro historiarū. i. tredecim: causas ingrendo i utrisq; tamen eadē: & eodē fere traduntur ordine. s. substantia siue essentia cum suis operationibus propinquis in prima parte. generatio i secūda. uita autē & mors etiam eius cognata i tertia parte. supadditis tandem lāgore & sanitate: puros naturalium limites egredientibus: & ad artificialia aliquatenus attingentibus. Essentiæ p̄s prior i ordine est materia siue aīalium partes. de qua in libro de p̄tib; i quatuor diuiso uolumina & i libro de partibus ad motum utilibus: qui secūsus ē: agit. post materiam i doctrinæ ordine ē forma. s. aīa. de qua i libro de aīa i tua diuiso agitur. post substantiam operationes aīali propinquæ sequuntur. prima est sensus de qua i libro de sensu & sensibili. secūda memoria de qua. i libro de memoria. Tertia est somnus & uigilia. de quibus i eo qui de somno & uigilia. Quarta est motus de quo i libro de motu. Huic primæ parti de historiis quatuor respondent primi libri. de qua prima pte duo sunt epilogi uniuersales unus i theoria causarum. s. i fine libri de motu. ubi sic scribit (De partibus qdē igitur uniuersalibus aīalium &c.) Alter i historiarum quinto. s. i principio libri epilogo priori correspōdens ubi sic scribit (exposui partes aīalium) generatio est secūda pars q̄ in libro de aīalium generatiōe tradit i quinque diuiso uolumina cui de historiis tres respōdent libri quintus sextus & septimus. de qua secūda parte cū tertia: duo ēt sunt epilogi unus i theoria causarum. s. circa finem tertiæ p̄tis i libro de morte & uita. ubi colligēdo uitam cū generatiōe: cōtinuauit dicens (Quid qdem igitur est generatio & uita & mors & p̄p quas causas erunt aīalibus dictum ē) cui i principio octauo de historiis respōdet alter epilogus (generatio & reliqua aīalium natura ita se habet actiōes autē & uitæ p̄ moribus uictuq; differūt) Tertia pars. est uita cum morte & sibi cognata. addita sanitate & lāgore. nam cognata uita est longitudo ac breuitatis uite de quibus i eo agitur q̄ de causa longitudinis ac breuitatis uitæ dicit. cognata sunt etiam iuuenus & senectus de quibus secundo tractatur loco i primo libro. Tertiū est inspiratio ac expiratio. de quibus i libro de inspiratiōe. Quarto est mors & uita. de quibus est tractatio i libro de morte & uita qui ultimus est eorū q̄ a sola natura p̄cedūt aīaliū. Quinto ac ultimo ē lāgor & sanitas q̄ sunt operationes non naturæ solius. sed artis quoq;. & ac de cā i cōfinio phisici q̄ naturalia speculat: & medici q̄ ea q̄ a natura scā sunt: licet suffragio artis subministratis: tāq; cōterminæ phisici & medici ponēdæ sunt. cui de historiis p̄s ea. s. q̄ prior ē octauo libri sibi correspōdet. Quia p̄s ea ē q̄ de plātis. de q̄ Theophrastus & historiarum & causarum theoriā: Aristotelis tractationē de aīalibus imitādo: diffuse tractauit. Hæc quinque p̄tes uniuersali ordine i principio libri metheororum ordinatæ sunt ab Aristotele. particularū uero harū quinque p̄tū ordo i superioribus suis locis p̄p̄riis demonstratus est. Et hæc satis sint de cōpēdio eorū q̄ sup̄ius de numero & ordine p̄tū ac librorū doctrinæ phisicæ Aristotelis diffuse demonstrata sunt. de plātis. n. q̄ sub quanta cōtinent p̄te. q̄ sequant in doctrinæ ordine ad aīalia: partim in superioribus traditum ē: partim etiam usq; ad sufficientiam in secundo libro. in quo de erroribus disputaturi sumus: clarissime demonstrandum est.

Collectio compendiosa certi ac specificati numeri librorum ac uoluminum doctrinæ phisicæ Aristotelis. & de solutione duarum ambiguitatum. Caput. XVIII.

Ortus phisicæ doctrinæ Ari. librorū numerus ē duo de uiginti quoq; nōnulli i plura distinguūt uolumina ita ut uoluminū oīum numerus sit q̄draginta & nouē: aut quinquaginta si decimo addiciat ei q̄ ē de historiis. de quo statim disputabimus. Sunt autē hii. de phisico auditu unus. in octo diuisus uolumina. de cœlo & mundo unus: i quatuor. de generatiōe & corruptiōe unus: i duo diuisus. Metheorologia unus: i quatuor distributus uolumina. cui tertio libro nōnullæ aliorū. s. Theophrasti græci: & arabū: & latinorū i particulari magis d̄ inaiatis plene mixtis cōscriptiōes anectēdæ sunt. q̄ oīa sub metheorologia iuxta Aristotelis sententiam senioribus conscientis: cum ab eodem principio fiant: compræhendi debent de historiis unus in nouem diuisus uolumina. aut secundum quosdam in decem. quoniam decimum apposuerunt. dicentes eū fuisse Aristotelis opus. Et hic de